

V R B A N V S P A P A V I I I . A D P E R P E T V A M R E I

M E M O R I A M .



OMINIS NOSTRI IESU
Christi, qui seruos, & ancillas suas
aeternæ gloriæ præmio donat in cœ
lis, vices, quanquam immeriti geré
tes in terris, ex iniuncto Nobis Pas
toralis Officij debito procurare te
nemur, vt eorundem Seruorum,
& Ancillarum Christi debitus ho
nor, & veneratio in terris indies magis promoueatur, &
laudetur Dominus in Sanctis suis, quam obrem Christi fi
delium ad eorundem Sanctorum patrocinium confugie
tum vota, vt optatum sortiantur effectum, ad exaudicio
nis gratiam libenter admittimus; ac desuper eiusdem of
ficij partes propensis studijs impeditimus, prout conspicim
us in Domino salubriter expedire. Sanè dilecti filij Syn
dici, seu Procuratores Regnum Coronæ Casteliz No
bis nupèr exponi fecerunt, quod ipsi attente consideran
tes, quòd, & quanta meritis, & intercessione S A N C T Æ
THERESA DE IESU, Præpotens Deus illis contule
tit, & indies conferat beneficia, quamq; Regna prædicta
illius vita sanctimonia, ac quæ Dominus per eam opera
ri dignatus est miraculis, necnon etiam fundatione tot
Monasteriorum, tam vitorum, quam mulierum Ordinis
Beatae Mariæ de Monte Carmelo Discalciatorum nuncu
patorum, in quibus primitiæ dicti Ordinis Regulæ ob
seruantia maximè floret, per eam iastitutorum illustren
tur. Idcirco, & alias ob singulatem, quem erga ipsam SAN
CTAM THERESAM gerunt deuotionis affectum,

in

in Comitijs, seu Parlamento dictorum Regnum vici-
mo loco habito eandem SANCTAM THERESAM
in præcipuum Regnum Coronam huiusmodi PATRO-
NAM, & adoratam elegant; prout in Decreto desu-
pèr emanato pleniùs dicitur contineri. Cum autem, sicut
eadem propositiō subiungent Syndicis seu Procuratores
prædicti plurimum cupiant electionem huiusmodi, quòd
firma perpetiō subsistat, Hostis, & huius Sanctæ Sedis
Apostolica patrocinio communari: Nos Syndicorum, seu
Procuratorum eorundem pietatē, & consilium huius-
modi plūtimum in Domino commendantes, illo sq; spe-
cialibus favorib; & gratijs prosequi volentes, & eorum
singulares personas, q; quibus suis excommunicationis, sus-
pensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cen-
turis, & peccatis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latet, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad
effectum præsentium dumtaxar consequendum, harum
serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicatio-
nibus, tam charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispa-
niarum Regis Catholici, quam eorundem Syndicorum,
seu Procuratorum nomine Nobis super hoc humiliiter
profectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum
sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium sacris ritibus præ-
positorum consilio, electionem prædictam, ac desuper
emanatum Decretum huiusmodi Apostolica authorita-
te tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmma-
mus, illisq; iniabolabilis Apostolicae firmitatis robur adjic-
timis, atq; omnes, & singulos, tam iuris quam facti defec-
tus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supple-
mus: utq; in posterum eadem SANCTA THERESA
ab omnibus, & singulis eorundem Regnum personis,
tam secularibus, & Ecclesiasticis, quam regularibus, vti ta-
lis PATRONA, cum omnibus, & singulis priuilegijs,
gratijs, & indulxit, similibus Patronis competentibus, seu
alias concedi solitis, sine tamen præiudicio, aut innouatio-
ne, vel diminutione aliqua Patronatus Sancti Iacobi Apo-
stoli in uniuersa Hispaniarum Regna haberit, & reputari,
atque ita ab omnibus, ad quos spectat, obseruari debere,
etiam

etiam perpetuò statuimus, præcipimus, & mandamus. De cernentes nihilominus irritum, & inane quidquid fecis super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contra ijs quibuscumque. Volumus autem, quod prælentium transumptis, etiam impresis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prouersus fides adhibeat, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiores sub annulo piscatoris diæ XXI. Iulij M.DC.XXVII. Pontificatus nostri anno quarto. V. Theatini loco annuli piscatoris.

Este es un traslado bien y fielmente sacado, corregido, y concertado, y concuerda con su original, que entregué al Padre Fray Gerónimo de la Encarnacion Procurador General de la Orden de nuestra Señora del Carmen Descalzo. Testigos presentes Isidro Tostado, Juan de la Caja, Manuel Correa estantes en esta villa. Y autorizado con el sello del Doctor don Juan del Corral, de la Cathedral de Astorga, Arcediano de Villarrobledo, y Procurador General del estado Ecclesiastico de los Reynos, a quien soy fee que conozco. Fecho en Madrid a diez y siete de Setiembre de mil y seyscientos y veinte y siete años. Y en fee dello lo firmé, y signé. * En testimonio de verdad, Juan de Vzena Notario publico Apostolico.

Quien gustare de ver el original, acuda a qualquiera de los Conuentos de Carmelitas Descalzos
que allí le podrá ver, y se le enseñará
con mucho gusto.

(?)

the following day, he was able to get a boat and go to the coast. He found a small boat which had been washed ashore by a recent storm. He took it and rowed across the bay to the coast. He found a small village where he was able to buy some food and supplies. He then continued his journey along the coast, eventually reaching a larger town where he was able to find a place to stay.

7
- 1900-26, 27, 28